

ANNO 1745

Sub prelo Auditore

Tabul. Supplic. Auditor. ad quod de iure.

Non obstantibus remissionibus aliunde obtentis, nisi presentibus legitime derogatum fuerit

Ghensala

Declarat.

beratione Nostris, eandem, Apostolica Auctoritate, tenore presentium, in perpetuum approbamus & confirmamus, illique inviolabilem Sanctionis Nostrae firmitatem & robur adicimus. Decernentes, & eadem auctoritate statuentes, quod gratiae & concessionis Apostolicae alicuius ex Secretaria Brevium, & Dataria praedictis private, ut praemisimus, attribuitur, si quas forte per alterum ex dictis Officiis, contra huiusmodi partitionis & divisionis praescriptum, expediti quocumque in posterum contingat; necnon ipsae Literae Apostolicae super iisdem confectae, nullitatis & invaliditatis vitio subiacent: prout nos illas ex nunc, prout extunc, & e contra, tamquam non rite & legitime, seu etiam nullo modo expeditas, processuque forsitan habitos vel habendos per eandem cum omnibus & singulis inde quomodolibet feceritis & sequendis, dicta Apostolica auctoritate, ipsarum tenore presentium, annullamus, irritamus, & invalidamus; neminique ad quocumque effectum ulatenus suffragari posse decernimus.

§. 9. Quomobrem iisdem Dominico Cardinali, & Magistro Joanni Jacobo Datario, eorumque pro tempore in muneribus huiusmodi respective Successoribus, per eandem praesentes districte praecipimus & injungimus, ut ipsi in posterum in quocumque gratiarum & concessionum Apostolicarum expeditione, superius praescripta divisionem & partitionem praeculis habentes, tam firmiter observent, ac ad omnibus & singulis sibi respective subiectis Personis, Officialibus, vel Ministris, inviolabiliter observari faciant. Et pro huiusmodi observantia, omnes & quascumque petitiones, aut supplicationes pro impetratione gratiarum in alterutro ex dictis Officiis per Solicitatores Agentes, negotiorum Expeditores, aut alios quocumque, contra praescriptam normam, forsitan porrectas & praesentatas, seu quocumque porrigendas & praesentandas, ad alterum ex eisdem Officiis, ad quod, juxta praemissa partitionis continentiam, pertinere dignoscuntur, fideliter dirigant, & remittant; Non obstantibus aliis quibuscumque ipsarum petitionum, aut supplicationum remissionibus, quae forsitan ab alio quolibet ex Nostris Administris & Officialibus, etiam a Secretaria Nostra supplicum Libellorum, ac Nostrae & Romani pro tempore Pontificis nominis, ac etiam a quocumque ex Congregationibus sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium emanaverint, vel extorta fuerint. Nos etiam remissiones ejusmodi, contra memoratae partitionis praescriptum quomodolibet pro tempore emanatas, vel obtentas, nisi illae de speciali Nostrae aut Successorum Nostrorum mandato, expressam ipsarum presentium derogationem continent, tamquam per errorem factas, sive per subreptionem aut obreptionem obtentas, ab ipsis Brevium Secretario, atque Datario, eorumque Successoribus praedictis, omnino spernendas, & nullatenus attendendas fore declaramus.

§. 10. Praesentes quoque Literae de subreptionis, obreptionis, aut cujuscumque nullitatis vel invaliditatis vitio, intentionisque Nostrae, ac quocumque alio defectu, etiam ex eo, quod in praemisissis quomodolibet interesse habentes, vel habere praetendentes, illis non conferentur, ac ad ea vocati, & auditi non fuerint, vel quocumque alio colore, praetextu, occasione, vel causa, a quoquam notari, impugnari, in jus vel controversiam revocari nullatenus unquam posse, sed eas semper & perpetuo validas & integros effectus sortiri & fore, suoque plenariae & integros effectus sortiri & obtinere, ac ab omnibus & singulis, ad quos spectat & spectabit quomodolibet in futurum, inviolabiliter observari; Sicut & non aliter in praemisissis per quoscumque Judices Ordinarios aut Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac praedictae Sanctae Romanae Cardinales, & alios quocumque quavis auctoritate & potestate fungentes & funguros, subblata eis & eorum cultibus quavis altere iudicandi, declarandi, & interpretandi facultate, iudicari, declarari, & interpretari debere, & si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane decernimus.

§. 11. Non obstantibus quibuscumque Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, de non tollendo iure quaesito, aliisque Nostris & Cancellariae Apostolicae Regulis, necnon Privilegiis Indultibus, facultatibus, & Literis Apostolicis eisdem sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Brevium praedictorum

Secretario, ac Datario seu Pro-Datario pro tempore existentibus, quomodolibet, & ex quacumque causa hic forsitan de necessitate exprimentanda, respective forsitan concessis, approbatis, & innovatis, usibus quoque, stilis, tolerantibus, permissionibus, & consuetudinibus etiam diuturnis & inveteratis, in contrarium praemisissorum quomodolibet forsitan facientibus, vel extantibus. Quibus omnibus & singulis, illorum omnium & singulorum tenores etiam veriores praesentibus pro plene & sufficienter expressis & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemisissorum effectum, specialiter & expresse, motu, scientia, & potestatis plenitudine patribus, derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrae approbationis, confirmationis, constitutionis, irritationis, annullationis, praescripti, statuti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo quadragesimo quinto, sexto Kal. Decemb. Pontificatus Nostrae Anno Sexto,

D. Card. Passioneus, J. Datarius, VISA DE CURIA, J. C. Boschi, L. Eugenius, Registrata in Secretaria Brevium, Publice die 9. Decembris ejusdem Anni.

CIVIUM ROMANORUM CXLVI.

Gradus certa ratione distinguuntur: Nobilium Ordo, & Nobilium Conferitorum numerus designatur; ac methodus praescribitur in cooptatione aliorum Nobilium deinceps servanda.

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

URBEM Romam Imperii quondam amplitudine toto Terrarum Orbe clarissimam, nunc autem, Sacerdotalis fastigii Sede, atque praecipuo religionis domicilio, longe clariorum, dum, in subeundo Sacrosancti Apostolatus onere, unicum reliquis Ecclesiasticae Ditionis Civitatibus & Provinciis, in potestatem & fidem Nostram recipere; statim intelleximus id Nobis negotium datum esse, ut eam imperio Nostrum non modo tutam atque beatam, sed etiam honestam atque omni ex parte illustrem, quantum in Nobis esset, servare & praestare niteremur. Quod quum, pro singulari Nostrae erga eandem Urbem amore, vel potius pietate ab ineunte aetate animo Nostrae concepta, ac toto vitae cursu, in ipsa plerumque Urbe a Nobis honorifice jucundaque transacto, in dies aucta & confirmata, libentissime curandum, & pro viribus efficiendum suscepimus; difficile dictu est, & tamen aliqua etiam ex parte satis cognitum atque testatum, quot & quam assiduas curas, cogitationes, expensas, in duplicem huiusmodi propositi Nobis Officii vropam ad hunc diem conferre debuerimus. Quoniam vero assumptum paternum studio opus non intermittere, sed ad finem usque urgere & promovere, auxiliante Domino, firmum & constitutum habemus; nunc unum potissimum, ad conservandum augendumque ipsius Urbis Nostrae splendorem & decus, in illius constitutione reformandum Nobis esse, atque emendandum statuis; quod pluries mirati sumus, non satis distinctis in ea esse Civium gradus, nec certos adesse & praefinitos limites, quibus Nobilium Romanorum Ceteris a reliquis Civium & Incolarum Ordinibus discerneret. Et sane in omnibus recte constitutis Civitatibus huiusmodi Ordinum & graduum distinctio tam municipalium Legum & Statutorum praescripto, quam ipsa Principum voluntate & auctoritate diligentissime custodiri, atque servari consuevit: idque ad utilitatem & decus Reipublicae magnopere pertinere

PONT. A. VI.

Sanctio.

Dat. die 26. Not. 1745.

Exordium, Pontificis studium de Urbis utilitatibus & ornamentis.

Civium Ordines in Urbe de aptis gradibus distinguere statuit.

PONT. A. VI.

Constituta haec de re habita.

Adscriptio inter Civis, non ideo Nobiliter censentur debent.

Eorum nomina inter Civis similes referentur.

Diplomata Nobilitatis contra formam Decretorum concilii annullantur.

Qui Nobiliter Romani habentur.

existimatur; propterea quod hominum animis id veluti instum atque innaatum videtur; ut si qua potissimum laus in Familia aliqua floverit, hanc fere qui sunt ejus stirpis, vel ipso natura ductu, vel patriae virtutis memoria & sermonibus hominum excitati, cupidissime prosequantur. Quapropter non solum decere, sed etiam expedire iudicavimus huiusmodi certam in Romana Urbe distinctionem Ordinum a Majoribus neglectam, aut multis modis, hominum fraude, turbatam, accuratius stabilire.

§. 1. Cumque magis aptam viam, atque rationem ad invecas pridem inordinationes tollendas, simulque in posterum praecavendas, inire cuperemus; mandavimus dilecto Filio Nostrae Prosperi Sancti Georgii in Velabro Sanctae Romanae Ecclesiae Diacono Cardinali Columna nuncupato, ut ipse cum dilectis filiis tunc existentibus Conservatoribus Camerae Urbis praedictae, & quatuor praeterea Romanis Civibus Nobilibus loco natis, prudentia & rerum usu praestantibus, a Nobis designatis, de tota re maturo consilio deliberaret. Is vero, praedictis omnibus plurimum mensuram spatio frequenter coram de congregatis, atque ausis, quum eorum sententia diligentissime enucleatae atque digestae, iudicio Nostrae delibatae; Nos demum, omnibus libentibus atque pensis, motu proprio, & certa scientia, infra scripta mandata atque praescepta inviolabiliter in posterum observanda, ad perpetuam Urbis dignitatem asserendam, Apostolicae potestatis plenitudine edere atque sancire decrevimus.

§. 2. Cum itaque, sicut accepimus, plures olim fuerint, & nonnulli adhuc forsitan existant, qui adeptis tantummodo Romanae Civitatis iuribus, se tamquam de Nobilium Romanorum Cetero iactare, atque etiam in publicis Actibus, & scriptis, seu monumentis, huiusmodi Nobilitatem titulo & nomine semetipsos decorare, & ab aliis compellari facere non dubitaverint; freti fortasse aliqua expressione & clausularum exuberantia, qua in concessis sibi Civilitatis Diplomatis honestari, & cumulari mergerint; Nos in primis decernimus atque statuimus, nemini licuisse, aut liceat, Nobilibus Romani gradum aut honores & privilegia sibi arrogare, quem constat a Conservatoribus pro tempore Camerae Urbis praedictae Romanae tantummodo Civitate donatum fuisse, neque deinceps ad superiores honores, ut infra, adscendisse; sed illos dumtaxat, & non alios, pro veris Nobilibus Romanis nunc quidem haberi volumus, & reputari, quorum infra seriem & qualitates exhibebimus; non obstantes quocumque huiusmodi nominis usurpatione, vel praesentia etiam longissimi temporis possessione, seu quasi; & non attenta qualibet expressione amplitudine aut clausularum exuberantia, quae in eorum receptionis Diplomatis, etiam ipsorum, vel Primum genitorum suorum meritorum intuitu, adscripta, inserta, seu adiecta fuerint; quum quidem ipsis decernimus nullam tribuere gradum majorem ea Civilitate, quam ex ipsis Camerae Capitolinae Tabulariis, in quae successivis temporibus, de mandato Concilii Generalis, nomen Civium adscriptorum sive creatorum referuntur, eidem concessam fuisse dignoscitur. Quapropter volumus & mandamus, novum consici Librum, seu Regestum, in quo omnium huiusmodi creatorum Civium nomina, sub simplicis Civium Romanorum denominatione & titulo describantur; atque huiusmodi demtaxat Librum, seu Regestum, de cetero attendi debere; Nullatenus vero prelati Diplomata; quae omnia & singula, pro eo quod pertinet ad Patriatus, sive Nobilitatis concessionem in ipsis forte enunciata, praedictis motu, scientia, atque auctoritate Nostrae plenitudine annullamus, & irritamus, & nemini ad huiusmodi effectum, sive ob nobilitatis probationem, ullibi, aut ullo unquam tempore suffragari decernimus.

§. Porro Nobilitatis Romane gradum & honores iis tantummodo iure competere, ac in posterum deferri volumus atque statuimus, qui vel ipsi, vel ipsorum Progenitoris ad hunc diem, Conservatorum Camerae Capitolinae, aut Priorum Capitum Regionum Urbis, Officia & munera gestisse comperti fuerint; aut qui deinceps ad eam Romanam Nobilitatem rite admittuntur, & praevius probationibus, ut infra, faciendis, adscripti fuerint. Qua de re quum ad habendam certam eorum seriem, qui praedictis Conservatorum aut Priorum muneribus atque honoribus hucusque fundi fuerunt, Libros, & Fastos Capitolinos accuratissime inspicere & describere iusserimus; infra scriptaeque Familiae Ci-

vium Nobilium tam Romanae, quam aliarum Civitatum Italicarum, repetere fuerint; Nos eisdem Familias ad huiusmodi munera & honores olim admittas, quorum scilicet descendentes masculos, sive feminas exterae accepimus, praesentibus Nostris Literis adnotamus.

4. EARUM IGITUR SERIES HAEC EST.

- Abbati.
- Acciajuoli.
- Accoramboni.
- Alberici.
- Alberici.
- Alberini.
- Aldebrandi.
- Amadii.
- Americi.
- Androsilla.
- Androsilla.
- As Angelis.
- Anguillara.
- Annibaldi.
- Amamori.
- Aquilani.
- Asalli.
- Asse.
- Asse.
- Asse.
- Baldassini.
- Bentivogli.
- Bentivogli.
- Bernardini.
- Bernini.
- Bichi.
- Boccapaduli.
- Bolognini.
- Bonaccorsi.
- Bonavelli.
- Bonacchi.
- Busalini.
- del Bufala.
- Buratti.
- Bussi.
- Butti.
- Caccia.
- Caffarelli.
- Capizucchi.
- Capponi.
- Capranica.
- Carandini.
- Cardelli.
- Carpegna.
- Casali.
- Cavalieri.
- Cavalletti.
- Caucci.
- Cellesti.
- Cenci.
- Cenci.
- Cerri.
- Cera.
- Chigi Montoro.
- Ciccolini.
- del Cinque.
- Ciogni.
- Circi.
- Collicola.
- Colonna.
- Correa.
- Costaguti.
- Cremona.
- Crescenzi.
- Curri.
- Dandini.
- del Drago.
- Estiachi.
- Fagnani.
- Falconieri.
- Fani.
- Fantuzzi.
- Febbi.
- Filonardi.
- Fioravanti.
- Florenzi.
- Fosca.
- Frangipani.
- Gabrielli.
- Gabrielli.
- Galli.
- Garotti.
- Genga.
- Gentili.
- Ghislieri.
- Gionesi.
- As Angelis.
- Gottifredi.
- Grassi.
- Grassi.
- Crillo.
- Gualtieri.
- Incoronati.
- Inghirami.
- Lancetta.
- Lercari.
- Maccarani.
- Macchiavelli.
- Mandoli.
- Mansoni.
- Mantica.
- Marciano.
- Marcolini.
- Marsicotti.
- Massini.
- Massini.
- Melchiorri.
- Mellini.
- Mignanello.
- Molara.
- del Monte.
- Montecassino.
- Moroni.
- Muri.
- Muri.
- Nardi.
- Negroni.
- Nunzi.
- Nunzi.
- Nuzzi.
- Olivieri.
- Olgiani.
- Orsini.
- Ottieri.
- Palaghi.
- Palotti.
- Palombani.
- Papi.
- Paracciani.
- Paventi.
- Pasolini.
- Passioni.
- Patrizi.
- Pavoni.
- Perroni.
- Pierleoni.
- della Porta.
- del Pozzo.
- Raggi.
- Ravenni.
- Ricci.
- Roberti.
- Rocchi.
- Rocchi.
- Rondani.
- Rosolini.
- de Rossi.
- de Rossi.
- Sacchetti.

Florus Familiarum requisitis qualitatibus gaudeant.

ANNO 1745	Sacra	Tesla Piccolomini.
	Sacripanti	Tibaldeschi.
	Sampieri	Tomati.
	Scarlatti	Torres.
	Serlupi	Varani.
	de Signoribus	Vecchianelli.
	Sinibaldi	Vemiglioli.
	Soderini	Veroli.
	Sorbolongi	della Petra.
	Spada	Vettori.
	Stati	Vidolfi.
	Tanara	Vignoleschi.
	Tarugi	Zambeccari.
	Theodoli	Zizanni.
	Tesla	

§. 5. Itaque volumus & mandamus peculiarem quemdam Librum, seu Regellum confici in Capitolino Tabulario deinceps aservandum, in quo cum adfidentibus Dilectorum Filiorum Conservatorum Camerae praedictae, & Prioris Capituli Regionum Urbis nunc & pro tempore existentium; per manus Dilecti pariter Filii nunc & pro tempore existentis Scribae Senatus Participantis nuncupari, describantur tam omnes & singuli praemissi, quam alii deinceps in Civium Nobilitate Romanorum ordinem rite, ut infra, cooptandi.

§. 6. Praeterea motu, scientia, & potestate similibus, ex Familia superius enunciatis certam & constantem numerum sexaginta Familiatum, & non ultra, designari volumus, quas quidem Nos pro prima vice, ut infra, designamus; quae Familiae Civium Nobilitate Romanorum Conscriptorum appellari debeant, quaeque per manus praedicti Scribae Senatus, & cum adfidentibus, ut supra, describantur, in alio peculiari Libro, in Archivio Capitolino pariter aservando; eorum vero nomina Tabellis, seu Chartulis inscripta in Urbe quadam, vulgo *Buffolo*, includantur, ad effectum infra dicendos.

§. 7. Nomina igitur Romanorum Conscriptorum, quae a Nobis designantur, sunt quae sequuntur.

Accoramboni, Marius.
Anguillara, Carolus.
Alfali, Tiberius.
d'Alte, Franciscus.
d'Alte, Mauricius.
Bichi, Carolus.
Boccapaduli, Petrus.
Bolognetti, Jacobus.
Bonarelli, Petrus.
del Buffolo, Hyacinthus.
Bussi, Raynerius.
Capizucchi, Marius.
Capponi, Alexander.
Capranica, Camillus.
Cardeli, Antonius.
Carpagna, Franciscus.
Casali, Alexander.
Cavalieri, Emilius.
Cenci, Virgilius.
Cenci, Christophorus.
Ceva, Hortensius.
Chigi Montorio, Joannes.
Casteguti, Joannes Georgius.
Crescenzi, Virgilius.
del Drago, Paulus.
Falconieri, Horatius.
Filonardi, Scipio.
Frangipani, Pompejus.
Gabriglii Angelus.
Gabrielli, Antonius.
Gavari, Stephanus.
Grassi, Marcus Antonius.
Maccarani, Joseph.
Mariscotti, Horatius.
Maffioni, Camillus.
Maffioni, Franciscus.
Melchiorri, Joannes Baptista.
Mignavelli, Jacobus.
Molara Terentius.
Muti, Innocentius.
Muti, Vincentius.
Nari, Fabritius.

§. 8. Ut autem in posterum nulli liceat indigno in Civium Nobilitate Romanorum Tabulis inreperere, quoties aliquis ejusdem Urbis, sive alterius Civitatis Civis, petierit se, suamque Familiam in hujusmodi Nobilitate Romanorum Ordinem adscribi, volumus, ut quatuor ex praedictis Nobilibus Conscriptis, quorum nomina singulis vicibus, coram Conservatoribus, & Regionum Prioro pro tempore existentibus, a Scriba Senatus Participante ex praedicta Urna sorte extracta fuerint, qui nimirum in hujusmodi respectu Familiam personam capitalem gerere dignoscantur, dummodo tamen xx. aetatis suae annum expleverint, ipsius postulantis, ejusque Familiae conditiones & qualitates diligenter inquirent, ac de his ad Congregationem ex infra scriptis personis compositam, nimirum ex tribus pro tempore Conservatoribus praedictae Camerae, & Prioro Capitulo Regionum Urbis, necnon duobus Syndicis, ipsique quatuor Nobilibus Conscriptis, ut supra, extractis, & Scriba Senatus Participante, dummodo is ex Civium Nobilitate Romanorum coetu existat, (cui quidem Congregationi privativum jus & auctoritatem cognoscendi de hujusmodi Nobilitate receptionibus harum serie perpetuo attribuimus,) exactissime & verissime referant. Quod si ab hujusmodi postulante per authentica documenta probatum fuerit, tam suam, siveque Patris stirpem quam Matris, & Aviae paterna, atque materna Familias, integro centum annorum decursu, sive Romae sive in aliis Civitatibus, ut supra, in Nobilitate splendore & jure veritas esse; vel etiam, quod attinet ad Familias Matris, quae Aviae paterna, sive materna, eas de numero Familiarum Nobilitate Almae Urbis praedictae, juxta praesentium Literarum tenorem & dispositionem, existere; atque haec omnia suis, qui praedictam Congregationem constituent, majori scilicet ipsorum numero per secreta suffragia in affirmativam consentiente, probata fuerint; tunc volumus ipsius postulantis nomen, eadem Congregatione praesente, per manus praedicti Scribae Participantis, Civium Nobilitate Romanorum albo adscribi, ejusdemque receptionis decretum, una cum omnibus authenticis monumentis ad Nobilitate probationem ab eo prolatis, in Tabularium Capitolinum inferri. Publicum vero Diploma Nobilitate Romanae eidem concessae, juxta formam inferius praescribendam, confici, ipsique nuper adscripto tradi mandamus.

§. 9. Nec alia proferri ratione agendum esse decernimus, quoties, deficiente aliquo ex Familiis Nobilitate Conscriptorum superius enunciatis, aliam in eum numerum deinceps adscribi oporteat. Volumus nimirum, quatuor, ut supra, ex praedicta Urna extracti, qui postulantium qualitates, & probationes ab his asserendas, examinent; & ad praedictam Congregationem de praemissis judicaturam distinde referant; ad hoc ut illius nomen, qui dignus habitus fuerit in locum vacantem subrogari, in praefato peculiari Libro adscribatur. Undeque praedictae includatur; ac documentis ab eo praedictis, Decretoque desuper confecto, in Archivium relatis, ipsius Decreti exemplum, juxta aliam formam inferius pariter praescribendam eidem expellatur. Verum, ut qui, eveniente hujusmodi loci vacatione, in numerum Civium Nobilitate Conscriptorum recipi valeat, hoc insuper requirimus, ut nempe ipsius Familia inter Nobiles Romanas jam pridem adscripta sit, & fixum in ipsa

Olgiati, Joannes Baptista.
Origo, Vincentius.
Orini, Benedictus.
Ottieri, Lotarius.
Palombana, Maximilianus.
Patrizi, Patritius.
Peyroni, Alexander.
Raggi, Thomas.
Ricci, Julius.
Sacchetti, Joannes Baptista.
Sampieri, Joannes Baptista.
Serlupi, Hieronymus.
Soderini, Nicolaus.
Spada, Clemens.
Teodoli, Hieronymus.
Veroli, Hieronymus.
Vettori, Franciscus.
Vignoleschi, Franciscus.

Ratio servanda in adscriptioe Nobilitate.

De omnibus judicandam ad notitiam juris, & Constitutionum Apostolicarum.

Probationes ad hanc effectum conserenda.

Aliquot Officia Nobilitate privativa conserenda.

Sindici extrahantur ex Urna Nobilitate Conscriptorum.

In adscriptioe Civium Nobilitate Urbis.

Mandata pro praemissorum executione.

Nihil innovetur in regimine Urbis, & Camerae Capituli.

Requisita.

Urbe

§. 10. Qui vero sint Nobilitate tituli, quibus tam persona, quam Familia illustrantur; quae probationes legitimam fidem facientes; quidve dicendum sit Familiarum Nobilitate officere, earumque splendorem obscurare; id ex juris communis, Statutorum, & Constitutionum atque Ordinationum Apostolicarum praescripto colligendum, & judicandum decernimus; mandantes, ut Familiae Romanorum Pontificum Successorum Nostrorum in Petri Cathedra pro tempore sedentium, praedicti Civium Nobilitate Romanorum Ordini, nullis requisitis probationibus, quamprimum adscribantur.

§. 11. Ut vero hujusmodi Nobilitate Romanorum Ordinis decus, adeoque ipsius Urbis dignitas, firmissime stabilique consistant, hoc speciale Privilegio universum Civium Nobilitate coetum Apostolica liberalitate donamus, ut ne quis in posterum ad Officia & Munera Conservatorum Camerae Capitolinae, aut Prioris Capituli Regionum Urbis, vel Magistrum Viarum, sive Consulium Artis Agriculturae, vel demum Curatorum publicorum Edificiorum Urbis, Fabricariorum nuncupatorum, a Nobis institutorum, eligatur & deputetur, neque in numerum quinquaginta Consiliariorum Sede Apostolica vacante assumatur, nisi de Civium Nobilitate Romanorum Superioris enunciatorum, aut deinceps rite adscriptorum, Ordine & coetu existat; Sindici vero, qui a Conservatoribus praedictis in eorum Congregatione Oeconomica pro tempore eligi & deputari debent, consueti modo & forma extrahantur ex praedicta Nobilitate Conscriptorum Urna, quam quidem subrogari mandamus loco alterius cujuscumque Urnae, seu *Buffolo*, hactenus ad hujusmodi effectum adhibiti. Mandantes propterea Ven. Fratri Nostrum Annibaldi Episcopo Portuensi, S. R. E. Cardinali Sancti Clementis nuncupato ejusdem S. R. E. Camerario, necnon Dilecto Filio Nostrum Sylvio Tituli Sanctae Priscae ipsius S. R. E. Praefytero Cardinali de Valentibus etiam nuncupato Nostrum Secretario Status, ipsisque Dilectis Filiis Conservatoribus Camerae Urbis praedictae, & Priori Capitulo Regionum, eorumque in praedictis Officiis & Muneribus respective Successoribus, aliisque omnibus & singulis, ad quos spectat, seu pro tempore spectabit in futurum, ut in praedictis Electionibus & Deputationibus, hanc Decreti Nostrum formam praeculis habeant, & adamussum observent.

§. 12. Demum quod pertinet ad creationes Civium Romanorum, volumus, ut ea, quae in Statu ejusdem Almae Urbis a fel. record. Gregorio Papa XIII. aliisque Praedecessoribus Nostris, approbata & confirmata, circa largitionem & communicationem Civitatis, praescripta sunt, exacte perpetuo serventur & impleantur.

§. 13. Per haec autem, quae ad congruum certamen Civium Nobilitate in Urbe Roma distinctionem, eorumque Ordinis decus, provide statimus, non intendimus peculiare aliquod Corpus, seu Collegium, aut Magistratum Civium Romanorum Nobilitate, vel Nobilitate Conscriptorum, erigere aut constituisse, cujus

aliqua esse debeat in Urbe jurisdictione, jus, & auctoritas, extra praemissa, quodvis Tribunal aliquod, seu peculiare Sigillum, aut Archivium habere valeat, & retinere; neque de aliis quibuscumque Rebus Decreta condere, aut publicare; vel ullum imperii actum in Officialibus, & Ministris Camerae Capitulinae, sive in alios quoscumque, exercere: Sed ipsis Camerae Capitulinae, ejusque Tribunalium, & Officiorum regimen, eodem, quo ad hunc diem, modo, & forma, administrari jubemus. Atque insuper non alios in Consilio Generali (consuetis tantummodo temporibus, & occasionebus, convocando) adesse, aut suffragium ferre permittimus, praeter eos, quos retroactis temporibus hujusmodi jure pro tempore gavisos esse dignoscitur: Districte inhibentes, ea lege, quae de Majestate est, ne ipsi praedicti Civis Nobiles Conscripti, conventus communes habeant, aut in Consilium, sive in Congregationem, extra casus, & praeter numerum superius enunciatos atque praescriptos, convenire, vel aliqua communi nomine statuere aut decernere, sine praevio Nostrum, & Successorum Nostrorum assensu & beneplacito, ullo unquam tempore possint, aut valeant.

§. 14. Decernentes eadem praesentes Literas, & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo, quod omnes vel singuli supra dicti, ac alii quicumque in praemissis quomodolibet jus vel interesse habentes, seu habere praetendentes, cujusvis status, gradus, ordinis, praeminentiae, vel dignitatis, etiam Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales praedicti, seu alia specifica, & individuali mentione, & expressione digni existant, eidem praemissis non conferentur, nec ad ea vocati seu audiri fuerint, tamen si suorum indultorum, facultatum, vel privilegiorum vigore consentire, seu vocari semel, vel pluries quoquo modo debuissent, aut ex alia quantumvis juridica & privilegiata causa, colore, praetextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostrae, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, ac formali, & substantiali defectu, notari, impugnari, infringi, seu in controversiam vocari nullatenus posse, sed temper & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere debere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter observari.

§. 15. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, quavis auctoritate, praeminentia, aut potestate fungentes & functuros, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de Latere Legatos, sublatiis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & definiti, debere; irritum quoque, & inane, si fecerit super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 16. Non obstantibus Nostris, & Cancellariae Apostolicae regulae de *jura quae non tollendo*, nec non aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac praedictae Almae Urbis Nostrae, ejusque Camerae, & Magistratum Populi Romani, Statutis, usibus, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, Facultatibus, Indultis, seu Diplomatum, quibuslibet personis sub quacumque forma, & expressione concessis; omniumque praemissorum, etiam jramento, vel Apostolica Auctoritate, seu quavis firmitate alia roboratis, confirmationibus, & innovationibus; quibus omnibus, & singulis, ad praemissorum effectum dumtaxat, illis alias in fuo robore permanentibus, motu, & scientia, & potestate praedictis, amplissime ut praesertur, derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 17. Ceterum Diplomatum, quae in concessione Diplomatum Civitatis, quaeque in adscriptioe Nobilitate, expedientia erunt, exempla subicimus, quae quidem sub eadem invariabili forma Typis imprimi, & in singulis curae respective calibus tum a Conservatoribus pro tempore Camerae Urbis praedictae, tum etiam a Scriba Senatus Participante subscribi, & publico S. P. Q. R. signo muniti mandamus. Decretorum quoque in Nobilitate Conscriptorum cooptatione conficiendorum authentica exempla, juxta aliam formam pariter infra subjectam, ab eodem Scriba Participante subscribi, eodemque publico signo firmari volumus, & jubemus.

ANNO 1745. Diploma in creatione Civis Romani.

§. 18. Forma igitur Literarum seu Diplomatum in Creatione Civium Romanorum expedien, hæc est.

BENEDICTO XIV.

Pontifici Maximo sedente, Anno VI.

Conservatores Camerae Aene Urbis Officio suam erga Populum Romanum, utilemque Urbis Nostrae adfectionem, cupes non obscura ad hunc diem specimina aditu N. congruis numeribus, & premiis ornare decreverunt. Itaque placuit ipsam N., Filios, Posterisque eius, in Civium Romanorum numerum cooptari: ipsam, filios, posterisque eius Civium Romanorum Tabulis adscribi; videlicet tradit publicas Literas; quarum auctoritate omnibus pateat, ipsam cum filiis, posterisque suis, studio nostro, iussu mandatoque Populi Romani, Civitate nostra donatum, hujus Privilegii ergo, omnibus Civium Romanorum iuribus cum ceteris Civibus equa lege gaudere, in fide & clientela Populi Romani. Actum in Capitolio Kalendis Etc. MDCC. Etc. Nomina Conseruatorum Camerae Urbis N. N. scriba Senat.

Diploma in creatione Nobilis Romani.

§. 19. Forma vero Diplomatum expedien, in receptione Civium Nobilium Romanorum talis est:

BENEDICTO XIV.

Conservatores Camerae Aene Urbis. Cum Magisteratus Populi Romani NN. Etc. & N. N. N. Nobiles Romani Conscripti, inquisitores sortito electi, convenissent in Aedibus Capitolii, ibique verba facta essent de N. spectatis virtutibus, ejusque adfectione erga Populum Romanum nomine multis argumentis restata, deque ejus Familiae antiquo splendore certis monumentis comprobato, placuit universi ipsius merita amplissimi Urbis Nostrae honoribus cumulare. Quapropter sancitum est, ipsam N., Filios, Posterisque eius in conspicuum Nobilium Romanorum Ordinem cooptari; publicisque Literas perscribi, quarum auctoritate omnibus palam fieret, ipsam N. plenissima Romana Nobilitate donatum fuisse; eumque in Nobilium Romanorum numerum habendum esse: ipsi, filii, posterisque eius licere omnibus Nobilium Romanorum iuribus, honoribus, munitis, ac privilegiis

frui, & gaudere. Ut quicumque ad hunc diem ab ipso ejusque Majoribus prodierunt praecclare consilia, atque facinora, haud dissimilia his in posterum eodem, ejusque Familia, ad Urbis Nostrae utilitatem, & decus perpetuum, conferantur. Actum in Capitolio Kalendis Etc. Nomina Conseruatorum Camerae Urbis N. N. Scriba Senatus.

PONT. A. VI.

§. 20. Forma demum Decretorum expedien, in cooptatione Civium Nobilium Conscriptorum Urbis Romae est, quae sequitur, videlicet: Kalendis Etc. MDCC. Etc. In Aedibus Capitolii: Quod Nobiles Romani Conscripti N. N. N. N. inquisitores sortito electi, cum Magistratibus Populi Romani verba fecerunt de N. Nobilibus Romano cum filiis Posterisque eius inter LX. Nobiles Conscriptos cooptando, in locum Familiae N. primum extirpatae: quod ipsam N. spectata virtus, ejusque Familiae antiqua, & probata Nobilitas postulare visa est: D. E. R. I. C. uti auctoritas perscriberetur, quae idem N. in numerum LX. Nobilium Romanorum Conscriptorum adlegeretur: eoque numero desinere esset: hinc etiam ei Nobilium Conscriptorum Privilegiis frui, & publica ejusdem Collegii mania obire: Ut ipse, filii, posterisque eius tempore de Patria bene mereri pergant, Populi Romani nomen auquant, Urbis Nostrae utilitates dignitatque, opera, consilio, fide tueantur N. N. Scriba Senatus.

Decretum in receptione Nobilis Romani Conscripti.

§. 21. Nulli ergo omnino Hominum liceat paginam hanc Nostrae Constitutionis, ordinationis, adscriptionis, prohibitionis, derogationis, Mandati, Decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo quadragesimo quinto, pridie Nonas Januarii Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Dat. die 31. Jan. 1746.

D. Card. Passioneus, J. Datararius.

VISA DE CURIA.

J. C. Byschi.

L. Eugentius.

Loco & Plumbi.

Registrata in Secretaria Brevium.



Faint, illegible text at the bottom of the page, possibly bleed-through from the reverse side or a continuation of the document's content.

# A P P E N D I X A D T O M U M L I B U L L A R I I S A N C T I S S I M I D O M I N I N O S T R I B E N E D I C T I P A P A E X I V .

N. I.

NUM. I.

Constit. VII. fol. 12.

## I N S T R U C T I O

Sacrae Congregationis Concilii pro Episcopis, Archiepiscopis, Primatibus, & Patriarchis, super modo consi-  
cendi Relationes statuum suarum Ecclesiarum, quas, occasione Visitationis Sacrorum Liminum, eidem Sacrae Congr. exhibere tenentur.



ummus Pontifex Sixtus Papa Quintus, qui tempora statuit, quibus singuli Episcopi, Archiepiscopi, Primates, & Patriarche pro seipso, vel eorum certum Nuntium, visitare tenentur Limina Beatissimorum Apostolorum Petri, & Pauli, antiquissimae observantiae inhærendo, nedum voluit, ut ultra Sacrorum Liminum visitationem, Romano pro tempore Pontifici de toto eorum Pastoralis Officio, & de rebus omnibus ad ipsarum, quibus praesent, Ecclesiarum statum, ad Cleri, & Populi disciplinam, ad animarum denique, quae illorum fidei creditae sunt, salutem, quoquo modo pertinentibus, rationem redderent, uti fassus habetur in praedicti Pontificis Constitutione, quae incipit Romanus Pontifex, sed in alia etiam Constitutione, quae incipit Immensa aeterni Dei, Sacrae Congregationis praeposite Interpretationi Sacrosancti Concilii Tridentini, curam demandavit, praedictam rationem, quae dicitur Relatio status Ecclesiae, perpendi, & examinandi, ac postulatis in eadem proponendis respondendi.

Sextinae haec Constitutiones suo non caruerunt effectu, tum quoad Sacrorum Liminum visitationem, tum quoad Relationem statuum Ecclesiarum; sed cum nulla unquam edita fuerit instructio pro dictis Relationibus exarandis, factum hinc est, ut aliquae ex eis aliquando fuerint exhibitae abundantes in superfluis, & aliquae aliquando deficientes in necessariis: dumque ad haec avertenda, in Synodo Romana, hoc anno 1725, a SS. Domino Nostro Benedicto Papa XIII. habita in Basilica Lateranensi, praescriptum sit, ut Instructio haecenus omissa, a Sacra Concilii Congregatione ederetur; haec ideo Instructio publici juris sit, ut in Relationibus statuum suarum Ecclesiarum ad eandem Sacram Congregationem in posterum transmittendis, curent Episcopi, Archiepiscopi, Primates, & Patriarchae, ipsi se conformare, & suas Relationes ad quaedam distincta Capita reducere, quorum Primum ad statum Ecclesiae materiale: Secundum ad Personam ipsius Referentis: Tertium ad Clerum Saecularem: Quartum ad Clerum Regularem: Quintum ad Moniales: Sextum ad Seminarium: Septimum ad Ecclesias, Confraternitates, & Loca Pia: Octavum ad Populum; & Ultimum denique referatur ad Postulata, quae ab ipso Referente Sacrae Congregationi proponuntur.

§. I.

De Primo Relationis Capite, pertinente ad statum Ecclesiae materiale.

In hoc primo Relationis Capite sequentia erunt exponenda.

- I. Institutio.
- II. Confinia.

III. Privilegia, & praerogativae Episcopatus, Archiepiscopatus, aut Patriarchatus.

IV. Numerus Civitatum, Oppidorum, aut Locorum; qui Episcopatu, Archiepiscopatu, aut Patriarchatu subiecti sunt.

V. Status Cathedralis, Metropolitanæ, aut Patriarchalis Ecclesiae; una cum numero Canonico, & aliorum, servitio Chori additorum; & an erectae fuerint Praebendae, Penitentiarum, & Theologalis.

VI. Status Ecclesiarum Collegiarum una cum numero pariter Canonico, & ceterorum, qui Choris earum interfunt, & an in Collegiatis erecta sit Praebenda Theologalis.

VII. Status, & numerus Ecclesiarum Parochialium; nec non aliarum Ecclesiarum, & Oratorum in Episcopatu, Archiepiscopatu, aut Patriarchatu existentium; referendo signanter, an Cathedralis, Metropolitanæ, aut Patriarchalis, & Collegiatae Oratoria, nec non Parochiales, ceteraque Ecclesiae, sint sacris supplicabilibus instructae, & quoniam ex eis habeant redditus pro fabrica assignatos.

VIII. Numerus Monasteriorum tam Virorum, quam Mulierum; exprimendo, an aliqua ex Monasteriis Virorum sint subiecta suae jurisdictioni; & an, & quae Mulierum Monasteria sibi subiecta sint, vel Praelatis Regularibus.

IX. An adsit in Diocesi Seminarium Clericorum; quot Clerici in eodem alantur, an fuerit statuta taxa, & in qua quantitate, & an aliqua Beneficia fuerint eidem unita, & in universum quinam, & quot sint redditus praedicti Seminarii.

X. Numerus Hospitalium, Collegiorum, Confraternitatum, & aliorum Locorum piorum, quae sunt in Episcopatu, Archiepiscopatu, aut Patriarchatu, & quinam sint eorum redditus.

XI. An adsint Montes Pietatis, & quot sint: una cum aliis consimilibus, ad statum materiale Ecclesiae spectantibus, cum advertentia tamen, ut plena status materialis Relatio in prima Relatione tantum, quae fit ab Episcopo, Archiepiscopo, aut Patriarcha exhibetur; in subsequentibus etenim Relationibus satis erit, quod ipsi se referant ad primam; nisi aliquid novi, pertinentens ad dictum statum materiale, contigerit, quod Referens notificandum Sacrae Congregationi existimaret.

§. II.

De Secundo Relationis Capite, pertinente ad ipsum Episcopum, Archiepiscopum, Primatem, Patriarcham.

In hoc Capite exponi debent.

I. An Residentiae praecipuum, a Sacris Canonibus, Concilio Tridentino, & Constitutione Urbana praescriptum, adimpleverit; & an aliquo, & quo tempore abfuerit, & an ultra menses Conciliares, & an cum, vel sine Sedis Apostolicae licentia.

II. An, & quoties Diocesis sibi commissae visitationem expleverit.

III. An per se, vel per alium Episcopum, sacras Ordinationes expleverit, & Sacramentum Confirmationis administraverit.

IV. An, & quoties Synodum Diocesanam coegerit; & si Episcopus nulli Archiepiscopo subiectus sit, an ad Synodum Provinciale ejus Archiepiscopi, quem ad tramites Tridentini eligere tenetur, ut ejus Synodo Provinciali interfuit, accesserit; & si sit Archiepiscopus, an Synodum Provinciale habuerit, & quinam Suffraganeis eidem interfuerint.

V. An